


SACRAE
AEDIS VALLERIANAE
DESCRIPTIO, ET AVITI AC VENERABILIS
COLLEGII
CANONICORVM
SEDVNEN. ENCOMIVM.



LN tibi turritam Diuini Pneumatis ædem
Rupis in excelsō vertice conspi cuām,
Quam DEVS ipse manu fulcit, quam protegit idem
Deucalion, ne se naufraga mergat aquis.
Hic mons ille Thabor, quem Christus lumine vexit,
Euoluens famulis cælica sensa piis.
Hic sacra membrorum compages Christi, et auitum
Iustorum, haud vano nomine concilium.
Huc mentem, huc oculos vestros conuertite, quotquot
Passim mens dubios irrequieta rotat.
Namq; unus DEVS, una Fides, Baptismatis una hic
Sanctio, Christiadūm spes, timor, unus amor.
Hic iubar haud modij sub tegmine fulget, aperto
Vultu ast Zacharidæ, vox sonat alta DEVM,
Vnde ferox Babylon surijs succensa, Gigantum
More domum, caueas ne populere. DEI
Namq; sedet, statq; ipse poli terræq; Monacha
Pro Iustis, tolli nec sibi sacra finit.

INCLITAB
VALLESIAE
IN SEPTEM CONVEN-
TUS PARTITIO, CVM
EORVNDEM INSI-
GNIVM ICONIBVS.



DIDITVR in septem Conuentus Terra VALESI.
Quilibet hos Fasces, et sua Signa refert,
SE: geminum sidus, SIR: Phœbum; LEV-
CA gryphumque.
Fert vites botro RAR: bicolore duas,
VESPIA sed binos arrecta fronte leones.
Fert BRIGA serpentem, GOMSIA fertque cruces.
Sed quid stellæ? Pæan? gryphus? quid vitis? et audax
Quid leo? quid serpens? cruxque gemella volunt?

CELEBERRIMAE VRBIS

SED VNENSI- VM CONVENTVS.




Quod lucifer cælo, id ego patriæ.

LUCIFER auroræ, occasus iubar HESPERVS,
omnes
Exsuperant ignes, æthereasque faces.
Et velut ille diem lucis dux præuius affert,
Sic faustè cœptum terminat iste diem:
Scilicet indigenis, cingit quos Rodanus alueo,
Consilijs præfers, iustitiæque faces.
Quot radios spargit cælesti lucifer orbe,
Tot patriam laudum dotibus irradias,

SIRRENSIS CONVENTVS.



Soli cedunt tenebrae.



VONAM Phœbe iacis radios? Sine fraude doloque
SIRRIADAS claro lumine clarus obis.
Nam velut exorti Titanos lumine, crassa
Nox abit, et tellus luce refusa nitet:
Sic splendore tuæ virtutis tabida noctis
Monstra intenderut frausque dolusque fugam.
Lucis amans gens es, noctem tenebrasque perosa,
Lux es amica bonis, lux inimica malis.

LEVENSIS CONVENTVS



Vir fortis alta mente præditus.

QVID gryphe stas? Fortes mea virtus arguit. At cur
Parte priore aquila es, posteriore leo?
Polleo mente, valens idem sum corpore, namque
Virtus LEVCENSIS celsius ire nequit.
Illa aquilæ similis se tollit ad ardua, mente,
Ad Martem pectus forte leonis habet.
Cur ensem præfert? Etenim stant iura Senatus
Integra. Cur nudus? Promtus ad arma feror,
Hos animare tibi voluit Lysippus in ære
Robustosque toga, militiaque viros.

RARONIEN- SIVM CONVENTVS.



Concordia opum fœcunda.



T vitis sese tollit per mutua nexa,
Altius illa quidem, quò mage iuncta
manet:
Sic quoq; ad immensum surgit Respublica
culmen,

Virtutum concors quam benè iungit amor.
Hoc mihi perpetuum, concordi ut pace virescam,
Publica res odijs nam malè sarta, ruit.
Hinc quod ego à CHRISTO viua radice vigorem
Concipio, tantis uber abundo botris.

VII.

VESPIENSIS CONVENTVS.



Pro patria sedulo excubandum.

MAGNANIMOS cernis crispata fronte leones,
Quadrupedum prima nobilitate ducess.
Ut vigili exacuant prospectu lumina nequa
Armorum clades exitiosa premat.
Pugnandum contra coniunctis viribus hostem,
Cunctaque mente prius prospicienda docent.
Quam vigil excubijs, quam concors pectore, promptus
Quam fueris semper Martis ad arma manu.
Hoc tua non pridem virtus testata trophao est
VESPIA, cum vidit corpora strato virum.

NATRENSIVM SIVE BRVGEN- SIVM CONVENTVS.



Virtus est fraudis nescia.

CEV Parcæ parcunt, schola ut altrix otij, et amens
Quo sibi munditiem nomine mundus habet:
Hoc, quoçpi ure refers NATRICIS nomen, anhela
Gens laudum, tua sed cætera vita docet.
Squalens est atro natrix, horrenſp veneno,
Mens tua sed niuea simplicitate nitet.
Copula natricum Veneris sic nexui inhæret,
Alter ut alterius præfecet ore caput.
Tu Venerem et Veneris prolem fugis, otia spernis,
Turpia et Alcinoi respuis illecebras.
Ergo tu Antiphraſi decoras Inſignia, quæ cum
VIPERA dicaris, pectus habes niueum.